redemptor noster a seculo nomen tuum. ¶ Sacramen
tali regeneratione i. per baptismum. Benedictus deus et pater domini
nostri ihesu christi qui regeneravit nos. ¶ Fidei in
structione Jo. Dedit eis potestatem filios dei fieri
his qui credunt in nomine eius. ¶ Gratie adoptio
ne. Rom. Accepistis spiritum adoptionis filiorum
in quo clamamus abba pater. ¶ Glorie colla
tione. gal. Itaque iam non est servus sed filius.
quod si filius et heres per deum i. per papa dei. Ope
ra n. nostra magis sunt per deum vite eterne me
ritoria quam per nos. ¶ Primo modo sumitur pater
proprie et ille modus soli patri convenit. ¶ iiij. modo

sumitur etiam proprie et ille modus soli filio convenit
secundum quod modus redemptionis fuit per mortem
filii. ¶ Omnes alii modi tribus simul personis con
veniunt quia indivisa sunt opera trinitatis. nisi forte
aliquis modorum illorum conveniat alicui persone per appropriationem.
¶ Circa generationem nota iiij. propositiones in quibus
videri potest utrum essentia divina generet vel generetur.
¶ Prima est hec essentia generat essentiam. ¶ Secunda hec.
essentia generat patrem. ¶ Tertia hec pater generat essentiam. ¶
iiij. hec pater generat personam. ¶ Harum propositionum tres
prime false sunt. iiij. autem vera. Cuius ratio est iuxta the
ologos. quia essentia divina nec generat nec generatur.
¶ Dicendum tamen quod pater virtute essentie extra
in se generat. Et quod filio per generationem communicat
essentiam sic et spiritui sancto per processionem. Quod filius est.

[Q]uum sint correlativa pater et filius
per easdem rationes ostenditur filium esse per
quas et ostensum est patrem esse. ¶ Prima inter
omnes emanationes perfectissima est generatio. quia
per eam assimulat genitum suo genitori.
quod emanationes alie non faciunt. Cum
igitur copiosissimo fonti bonitatis competat e
manatio perfectissima. constat quod pater qui est
fons bonitatis generat filium equalem sibi cui communi
cat sue plenitudinem maiestatis. ¶ Et
hic quis est filius dei per gratiam unionis ut christus homo.
aliquis per unitatem nativitatis ut christus in quan
tum deus. aliquis per adoptionem ut sancti. aliquis per crea
tionem ut quevis creatura. ¶ De filio dei d

athanasius in altitudine quam attribuit. quia ipse dicitur
sapientia quo cuncta cogitantur. Sapientia autem cogita
ta disponuntur. ut qua disposita perfici
untur. Verbum quo perfecta nuntiantur. Lumen
quo perfecta clarescunt. ¶ Filius quoque dicitur sapientia patris
non quod pater sit sapiens sapientia genita. sed
quia filium genuit cui appropriatur sapientia. Unde pater
dicitur omnia in sapientia fecisse. i. cum sapientia. quod est
filius quoniam indivisa sunt opera trinitatis. vel hec
propositio. In notat hic auctoritatem in filio sed hic ipse
hoc apprehendit quod res dicitur. Generaliter est verum quod quicquid
quis habet per vel operatur vel est habet ab eo a quo est. ¶
Quod filius autem filius sit de patre. non quod hic propositio
de quam denotat causalitatem cum dicitur christus (efficientem)
conceptus est de spiritu sancto. quam materia. non cum dicitur
christus natus de virgine. quam receptionem essentie non
cum dicitur filius natus de patre. quam substitutionem
ut cum dicitur corpus christi fit de pane. quam ordinem
secundum quod creatura dicitur esse de nihilo. Quod filius ymago

[Y]mago triplex est s. equalitatis patris est.
imitationis. representationis. ¶ Primo
modo filius est ymago patris. ¶ Secundo modo homo
factus est ad ymaginem dei gen. Faciamus
hominem ad ymaginem dei. ¶ iij. modo mundus dicitur
speculum creationis apostolus. videmus nunc per speculum etc.
¶ Item est ymago non triplex ymago.
ad ymaginem sicut filius. et est ymago ad y
maginem ut homo et angelus. et est ad non y
mago sed ad ymaginem ut mundus hic. quod
ipse non dicitur ymago sed vestigium creatoris.
quia licet trinitatem representet non tamen unitatem
nec est capax eius sicut homo. Et sic tamen mundus
ad ymaginem dei factus. quia deus a exemplari
huius ad cuius similitudinem creaturas fecerit
nisi seipsum. ¶ Est ymago genita ut
filius. et est ymago data ut homo et an
gelus et est ymago facta ut statua herculis.
quam ipsum representat. ¶ Ex hiis patet quod est
ymaginem convenit creatori et creature
creatori quidem quia filio qui est ymago
patris. Ymaginem vero convenit tamen completive

[Margin:] s. redemptionis non / solum efficitur / deus sed ... / misterii exhi/bitionem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0008
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG